

- 14 Res inter alios acta operatur presumptionem, & qualem, num. 15.
 16 Testes, & acta inter alios presumptionem producunt quoad alios.
 17 Sententia in contumacem nulli tertio parit praejudicium.
 18 Cum principalis, & legitimus contradictor litigat, res judicata nocet omnibus, quorum jus ab illo pendebat.
 19 Sententia super filiatione inter patrem, & filium jus facit quoad omnes ex illa linea.
 20 Si cum patre non sit controversia, res judicata quoad alios facit dimitata presumpcionem.
 21 Sententia adversus heredem non afficit coheredem.
 22 Res judicata super statu, seu qualitate personae aliis nocet, & prodest, & num. seqq.
 23 Sententia nunquam aliis nocet, si perfunditorie causa defendatur.
 24 De actionibus prejudicialibus, remissio.
 25 Qui lite mota, se liberum, aut ingenuum probaverit, talis pronunciari debet, tametsi adversarius iudicio non interfit.
 26 Sententia his verbis enunciata, Servum Titii non videri, cuius sit effectus.
 27 Res judicata circa etatem jus facit quoad omnes.
 28 Sententia in primogeniti posse fore officit cunctis ad illud vocatis.
 29 Possunt vocati ejusmodi adfistere liti.
 30 Sententia contra gravatum restituere generat prejudicium fideicommissario.
 31 Curatione opus non est illorum, quibus sententia secundario, ac per consequentiam nocere potest.
 32 Cum aliquis sciens non prohibet ne alius de jure ipsius in iudicio contendat, sententia non prohibenti nocebit.
 33 De intellectu legis Sæpe, de re iudic. pluribus distinctis causis latissime agitur, & num. seqq. ad 44.
 34 Letatio Florentina ejus textus defenditur.
 35 Pignus unde dictum, ac quomodo ab hypotheca distinguatur.
 36 Sententia adversum libertum, aut servum quando domino, vel patrono præjudicet, & num. 49. & 50.
 37 Sententia in subditum an superiori noceat.
 38 De intellectu capituli Cum super, de re iudic. & num. 53.
 39 Utilis est citatio eorum, quorum interest, ut sententia illis præjudicet.
 40 Sententia in heredem nunquam possit nocere legatariis, si ille ex fide causam non defendet.
 41 Regulariter res inter alios acta favorabilis eiis prodest, quibus damno noceret. Verum hoc regula nonnunquam solet fallere.
 42 Si quis actus nullus pronuncietur, veluti testimoniumentum, sententia jus facit generaliter quoad omnes.

C A P U T XIII.

DUPLICITER accedere quisque potest ad iudicium, quod inter alios exercetur, aut proprium deducens ut principalis ius, aut ad foventam causam alterutrius litigantis,

quia sua interest ne succumbat is quem coadiuvare intendit. Card. Tuschi. pract. conclus. lit. I, concl. 83. num. 1. 17. Azeved. in l. 3. num. 16. 19. tit. 8. lib. 4. Recop. Carlev. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. num. 18. Ursil. ad Afflict. decis. 147. in princ. Gail. lib. 1. obser. 69. Villalob. Ærar. commun. opin. lit. I, num. 21. 22. Cancer. variar. lib. 2. cap. 16. à princ. Salgad. cum pluribus de retent. Bullar. part. 2. cap. 13. num. 2. Marecot. variar. lib. 1. cap. 20. ex num. 13. Hermos. in l. 33. gloss. 3. à num. 5. tit. 5. p. 5. Scaccia de appellat. quaf. 17. lim. 6. memb. 4. num. 49. Ad dignoscendum an quis principaliter, vel acclitorie veniat, talem regulam oportet observari, ut si res judicata noceret tertio comparenti, censeatur juris litigantis adjutor: quod si non officaret, principalis. Ita Salgad. num. 8. Merlin. de pignor. lib. 5. q. 40. num. 1.

Ad Num. 1.

Qui intervenit, ut litigantis jus tueatur in iudicio, causam prosequi tenetur in eo statu, quo eam reperit. Tuschi. sup. num. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 18. num. 2. Aug. Barbosa collect. ad cap. fin. num. 6. ut lit. pend. in 6. & in Clement. Constitutionem, num. 3. de election. Cabed. part. 2. decis. 97. num. 14. Cancer. sup. lib. 3. cap. 16. num. 131. & 595. Surd. decis. 60. num. 6. & decis. 147. num. 6. Gail. d. lib. 1. obser. 71. num. 1. & alii perplures apud Salgad. d. cap. 13. num. 45. cum seqq. etenim tertius hic in iudicio acclitorum fe haberet, ideo statum cause immutare non valet, cum principalis non licet: nec rei, vel actoris vicem gerit, nec cum eo causa agitari dicitur. Greg. Lop. in l. 7. gloss. 3. tit. 23. p. 3.

Præterea sententia in hujusmodi tertium dirigi, aut exequi non poterit. Petr. Barbosa in l. Venditor, num. 102. de iudic. Hermos. cum aliis sup. num. 23. 26. Nec valet ex proprio privilegio causam ad aliud revocare Tribunal. Gail. d. obser. 71. num. 2. Petr. Barbosa num. 100. Ant. Fab. in ration. ad l. Venditor, de iudic. Amat. variar. resolut. 86. num. 63. & ibi plures: quæ quidem obtinent etiam in illo, qui potuit causam à principio, antequam inchoaretur, suscipere, ut vendor. Salgad. sup. num. 57. Hermos. d. gloss. 3. num. 3. & 5. vers. Et admittitur ad causam.

Ibi: Igitur quoties vendor.

Vendor adfistens liti cum emptore pendentia, causam fovet in eo statu, quo existit. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 39. vers. Quod tamen. Giurba decis. 8. Guzman. de evit. quaf. 6. ex num. 8. Petr. Barbosa suprà num. 119. Hermos. cum multis d. num. 5. vers. Et admittitur, nec privilegii exemptione juvatur, ut forum declinet, quanquam Ecclesiasticus. Ant. Gom. ubi proxime. Amat. d. resol. 86. num. 68. ac dixi sup. cap. 8. num. 5.

Vers. Primum, ex his colligitur.

Adfistens tertius liti pro suo interesse poterit allegare & probare quæ principalis litigator omiserat. Petr. Barbosa in d. l. Venditor, num. 120. Cujac. in l. Si suspecta, ff. de inoffic. testam.

Aug.

Enucleatus, & auctus. Cap. XIII.

89

Aug. Barbosa in cap. 2. numero 9. de procurator. in 6. Gail. d. obser. 71. numero 1. Guzm. d. quaf. 6. numer. 36. Hermos. num. 14. Villalob. sup. lit. T, numero 21. Aylon. addit. ad Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 40. vers. Itaque si post finitam, Afflict. decis. 235.

Ad Num. 2.

Nemini dubium est, quin tertius coadiuvans litigantem, possit testes intrâ terminum probatorum producere. Ant. Gom. in l. 40. Tauri, numer. 73. Cujac. & cæteri pronuper laudati. Illud autem in controveriam revocatur, an idem liceat temino elapso, sive post attestationum publicationem, cum scilicet tertius antea nullam litis notitiam obtinuerat? Affirmativa placuit Cancer. sup. lib. 1. cap. 3. num. 66. Ursil. cum Afflict. decis. 235. num. 2. Hermos. d. gloss. 3. num. 12. Trentac. variar. lib. 2. tit. de iudic. resol. 16. num. 9. Negativa Pet. Barbosa in d. l. vendor. numero 124. Cabed. decis. 96. num. 15. Azeved. in d. l. 3. Recop. num. 16. Tuschi. ead. conclus. 83. num. 11. Gutier. Pract. lib. 1. quaf. 66. num. 1. à qua deviare non oportet, nisi tertius Reipublice causâ abfuerit, vel alia ratione restitutio beneficium imperaret ex clausula generali, qua majoribus aetate subvenitur, l. 1. & per tot. ff. ex quib. caus. major, sicut minori hoc casu conceditur, ut cum D. Covar. infra, cap. proximo, sub num. 3. comprobabitur.

Ibi: Cuius rei exemplum traditur in venditore.

Hoc autem exemplum adaptari nequit, nisi vendor remiserit emptori obligationem litis denuncianda, vel in aliis casibus, de quibus Hermos. in l. 32. gloss. 3. ex num. 76. tit. 5. part. 5. etenim regulariter ille de evictione non tenetur, nisi hic de lite mota ipsum certiore faciat, l. 2. tit. 5. part. 5. ubi Hermos. gloss. 3. art. 1. num. 1. jura cumulat, & Interpret. Quod ita verum est, ut scientia litis aliunde quæsita non noceat ei, qui vendidit. Hermos. cum pluribus numero 2. Nec auditetur vendor, si non sua interfit lis, de qua agitur, quia de evictione non teneatur; etenim tertius nunquam admittitur, ut liti adfistat, nisi de proprio interesse constituerit. Tuschi. d. conclus. 83. num. 22. Afflict. decis. 235. & ibi Ursil. num. 2. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cap. 18. num. 3. Garcia de nobilit. gloss. 40. num. 7. Salgad. de reg. protect. part. 4. cap. 8. num. 99. Cancer. lib. 2. cap. 16. à num. 31. & alij apud Barbos. collect. ad cap. Veniens 38. de testibus. Trentac. suprà numero 10. idque in continenti, ac summarie probandum. Cancer. & alij.

Ibi: Nec poterat vendor emptorem.

Etsi vendor possit à principio ante iudicium cœptum in le causam assumere, Pet. Barbosa in l. vendor, ex num. 109. de iudic. latè Hermos. in l. 33. gloss. 3. à num. 2. tit. 5. part. 5. non valebit excludere emptorem, cum jam mota liti ut tertius comparet; nec em. D. de Faria Covar. Enuci.

Ad Num. 3.

Sententia adversus hæredem pronunciata de viribus testamenti contendente, legataris, & fideicommissariis, etiam litis inlīcis prejudicat, l. 20. titul. 22. part. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 24. Tuschi. lit. S. conclus. 174. num. 25. Petr. Barbosa num. 170. Peregrin. de fideicommiss. art. 53. ex num. 40. Ursil. sup. decis. 396. num. 6. Villalob. comm. opin. lit. S. num. 74. Aug. Barbosa cum aliis in cap. Cum super, num. 25. de re iudic. Salgad. num. 312. Donel. lib. 27. cap. 1. Cujac. & Fab. in l. Si suspecta, de inoffic. testam. qui docent, transfectionem hæredis legataris non obesse: nec sententia in unum ex legataris ex defectu testamenti alii nocet, l. 1. de except. rei iudic. Cujac. in l. Si servus plurium, ff. de legat. 1. Salgad. de reg. protect. p. 4. c. 8. num. 23.

Ibi: Idem erit in legataris.

Legatarii ubi controvertitur cum hærede in iustito super validitate testamenti, liti adfistere pro suo interesse permittuntur, l. 7. tit. 23. part. 3. Tuschi. lit. T, conclus. 83. numer. 16. Cujac. in l. Si suspecta, de offic. testam. Ant. Fab. in ration. ibidem Phanuc. tract. de inventar. part. 5. numero 35. Donell. commentar. lib. 28. cap. 6. Quod si legatarii non compareant in protectionem causæ, hæresque testamentum perfunditori, vel per collusionem tuitus succubuerit, sententia non officiet legataris, qui poterunt aut causam iterum agere, ut cum D. Covar. infra assertur, num. 25. aut ab hærede, fraudando probata, actione in factum relata per testatorem judicialiter extorque Cujac. ubi nuper.

Hæc verum habent, si intendatur nullitas testamenti ex defectu solemnitatis, sive falsitatis suspicione, aliave causa simili, quia legataria perirent, hæredæ superato: non sic cum ob præteritionem, vel exhaerationem liberorum contra testamentum contenditur; nam etsi hæres superatus evadat, legata præstantur, l. fin. titul. 8. part. 6. auctor. Ex causa, C. de liber. præterit. ideo legatarii adfistere liti nequivunt, cum si nihil interfit, ex dictis sup. numero 7. ut obseruat Greg. Lop. in l. 20. gloss. 23. titul. 22. l. gloss. 2. tit. 23. part. 3.

Ad Num. 12.

Res inter alios judicata regulariter tercio nec prodebet, nec officere solet, cap. Quavis 25. de re iudic. l. 20. tit. 22. part. 3. titul. C. res int. alios ait. Greg. Lop. in d. l. 20. gloss. 2. Salgad. de reg. protect. part. 4. cap. 8. ex num. 19. Alciat. in l. 2. num. 59. C. de edend. Tiraq. tractat. res int. al. ait. ex numero 2. Menoch. de arbitrar. casu 140. in princ. Merlin. de pignor. lib. 5. q. 39. nu. 1. Cujac. in d. t. Quavis. M. Fab.

Fab. ration. ad l. Si superatus de pignor. Donel. lib. 27. cap. 1. Vivian. prax. jurispatron. lib. 11. cap. 9. num. 24. & alii plurimi, quos congett., juribus adductis, axiom. 199. numero 11. Aug. Barbos.

Aliquando contingit, ut sententia prospicit tertio cui nocere non posset, ut in crimen adulterij, l. 21. titul. 22. p. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 5. l. 9. titul. 17. p. 7. l. Denunciasse 17. §. fin. ad leg. Jul. de adulter. Tusch. litter. S, concl. 174. num. 112. quod restringendum juxta legem Adulter. 19. §. Si eo tempore, ad l. Jul. de adulter. & exponit Gregor. Lop. Alius est casus de agente ad servitutem fundo communis debitam, d. l. 21. Partit. At regulariter sententia quibus prodest, nocet, & è contrariò. D. Covar. inf. num. 5. Tusch. num. 111. Vide Salgad. num. 350. Tiraq. num. 59.

Res judicata inter alios, quanquam non omnino noceat tertio, præsumptionem in ipsum operatur. Tusch. numero 91. 94. 95. Tiraq. sup. numero 55. Menoch. numero 5. Aug. Barbosa collect. ad cap. Cum super. numero 11. de re judic. Craveta tract. de antiquitat. tempor. part. 2. numero 48. Otaror. de Nobilitat. gloss. 25. num. 8. Surd. de aliment. titul. 1. quæst. 126. numero 12. ubi quod assignatio alimentorum producit præsumptionem ad causam filiationis; etenim præsumitur pro sententia, & judge, quod jure processerit. Menoch. lib. 2. præsumpt. 67. per tot. Tusch. litera S, conclus. 176. numero 55.

Quam præsumptionem pariat res inter alios acta, queritur: & triplex existit sententia. Qualemqualem, levemque conjecturam induci sentiunt quidam: alij semiplenam probationem: alii cum D. Covar. id. judicantis arbitrio relinquunt. ut Menoch. d. cas. 140. numero 6. Alciat. in d. l. 2. numero 64. & 65. quod usque ad semiplenam probationem extendi possit asseverant: at Craveta distinxit, ut in antiquis semiplenam probationem operetur, in recentioribus levem conjecturam. Tusch. supr. conclus. 176. numero 55. de quo Cancer. variar. p. 2. cap. 16. numero 53.

Quæ de sententia prænotata relinquuntur, ad probationes, & acta causæ inter alios agitate ante finitum judicium ampliari debent; nam & hæc præsumptionem operatur. Tusch. conclus. 176. numero 35. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 647. numero 4. Alciat. ubi proxime, Aug. Barbosa supr. numero 10. Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 8. numero 301. ubi plures, pro arbitrorum laudo nulla est præsumptio. Tusch. numero 55.

Sententiæ inter alios late præjudicium celsabit quoad alios, si in absens proferatur, quia potius ob contumaciam, quam ex bono jure superantis processisse intelligitur. Tusch. sup. conclus. 174. numero 71. & 72. Cravet. numero 42. Menoch. libr. 2. præf. 70. numero 1. 11. & per tot. D. Covar. inf. numero 5. vers. Hæc Jane ratio. Cancer. numer. 115. quod limitatur, si ex probationibus, ac processu de justitia sententia confiterit. Menoch. cum aliis numero 15. Hermos. cum aliis in 36. quæst. 6. numero 2. 8. titul. 5. p. 5. Tondut. quæst. Benefic. libro 1. cap. 37. numero 16.

Ad num. 5.

Res inter quosdam judicata, saepe alii prodest, ac nocere solet, cum scilicet litigat legitimus contradicitor, à quo jus cæterorum penderit, l. 20. titul. 22. p. 5. Molin. sup. d. disp. 647. num. 2. Card. Tusch. lit. S, conclus. 174. per tot. August. Barbosa in cap. Cum super. numero 12. cum seqq. de re judic. Tiraq. tract. res int. al. act. à num. 5. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 1. num. 90. & in l. 40. Tauri numero 73. Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 8. ex numero 310. qui plures recensent causas. Donel. libro 27. cap. 1.

Ibi: Probat hanc conclusionem.

Sententia in filiationis causa cum parenti pronunciata prodest, ac nocet omnibus ex linea & cognitione litigantium, etiam si nullum litis notitiam habuerint, d. l. 20. Partit. ubi Greg. Lop. gloss. 22. qui ampliat ad matrem, Tiraquel. numero 63. Tusch. numero 49. Mascard. de probat. conclus. 794. numero 1. Donel. libr. 27. cap. 1. Cancer. variar. p. 2. cap. 16. numero 48. Hæc, & similia, de quibus mox agendum, intelligi ita oportet, ut de causa in judicio ordinario tractetur, non si summarie ad aliquem effectum, velut ad alimentorum præstationem. Tusch. lit. S, concl. 174. numero 14 ubi de nobilitate: ad præsumptionem tamen proderit, de quo sup. num. 14.

Ibi: Quod si lis acta non fuerit cum parte.

Licit sententia super filiatione non cum parente agendo prolatæ alii non profit, vel noceat; præsumptio tamen oritur ex illa secundum nota numero 14. observat ex Cotta Aug. Barbosa in collect. ad d. cap. Cum super. numero 24. Quod si quis pronunciat civis Mediolanensis, ea sententia suffragabitur fratribus ex eodem parente.

Sententia lata in unum ex hæredibus, cæteris non infert præjudicium. Tusch. conclus. 174. numero 10. Molin. d. disp. 647. numero 2. Merlin. de pignor. libr. 5. q. 40. numero 2. Perregin. de fideicom. art. 53. numer. 40. Franch. decis. 523. numero 16. & decis. 524. numero 1. Ozasch. decis. 156. numero 17. Salgad. d. cap. 8. numero 23. l. 20. tit. 22. part. 3. l. 1. Si cum uno 22. de except. rei judic. Sed limitatur favore libertatis, ac in individuis, l. Judicata 29. eod. tit. Tusch. numero 11. Nec scientia litis nocebit cohæredi. Donel. lib. 27. cap. 1.

Ibi: Quorum resolutio in hoc etiam tendit,

Quod jus publicum attinet, velut in popularibus actionibus, aut si controvertatur, an quis sit habilis ad munera Reipublicæ, vel astriktus ad contributionem, sententia cuncti de communitate, ac descendenter litigantis nocet, atque prodest. Tusch. sup. num. 1. Salgad. d. cap. 8. num. 323. Tiraquel. sup. num. 62. Roch. de Curt. tract. de statut. faciend. sect. 8. num. 13. Aug. Barbosa ubi proxime, numero 14. & 29. Donel. sup.

Ibi

Ad num. 5.

Res inter quosdam judicata, saepe alii prodest, ac nocere solet, cum scilicet litigat legitimus contradicitor, à quo jus cæterorum penderit, l. 20. titul. 22. p. 5. Molin. sup. d. disp. 647. num. 2. Card. Tusch. lit. S, conclus. 174. per tot. August. Barbosa in cap. Cum super. numero 12. cum seqq. de re judic. Tiraq. tract. res int. al. act. à num. 5. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 1. num. 90. & in l. 40. Tauri numero 73. Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 8. ex numero 310. qui plures recensent causas. Donel. libro 27. cap. 1.

Ibi: Idem erit in causa.

Ubi quis legitimè natus, vel spurius pronunciatur, sententia jus facit quoad alios. Tiraquel. tract. res int. al. act. numero 63. Canc. supr. licet aliud senserit Mascard. de probat. concl. 794. numero 2. Idem est in aliis causis, quæ personæ ad statum spectant, ut si quis filius familiæ, Nobilis, aut Clericus in judicio ordinario declaratur. Molin. d. disp. 647. numero 2. Tiraquel. numero 54. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 8. num. 3.

Ibi: Erit & hujuscæ conclusio.

Sententia circa statum pronunciata de liberitate, vel ingenuitate, litigante legitimo, ac principali contradicitore, quoad alios jus facit. Greg. Lop. in l. 20. gloss. 3. titul. 22. part 3. Tusch. d. conclus. 174. numero 14. & 50. Aug. Barbosa recensit pluribus in collect. ad cap. Cum super. numero 18. de re judic. Donel. libro 27. cap. 1. in fin. Tondut. question. Benef. libr. 1. c. 37. numero 15. Cancer. ubi proxime.

Ibi: Hæc sanc ratio.

De his sup. numero 17. Præterea res inter alios judicata ita demùn alii nocere valet, si superatus bona fide pro viribus causæ incumbat; nam si collusio, aut malitia interveniat, ea probat, judicium iterum suscitabitur. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 647. num. 5. Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 8. ex num. 332. Surd. de aliment. titul. 9. q. 42. num. 32. Merlin. sup. d. lib. 5. q. 39. num. 17. Hermos. in l. 32. gloss. 3. à numero 59. titul. 5. part. 5. Scacc. de re judic. gloss. 14. q. 12. numero 47. & 122. cum seqq. Aug. Barbosa in d. cap. Cum super. num. 29. Donel. lib. 27. cap. 1. Canc. d. cap. 16. num. 118. Idem erit si confiteret de desidia, & omissione, etiæ fraus absit. Gare. sup. d. gloss. 40. num. 9. ubi plures, & alii ex præcitat. Similiter si sententia nulla per Principem confirmetur. Vant. de nullit. tit. quæ possit. d. de nullit. numero 26.

Vers. Primum etenim constat.

Consulas laudatos supr. numero 24.

Vers. Secundo apparet.

Adde Greg. Lop. in l. 20. gloss. 18. titul. 22. part. 3. & limita ex dict. l. & glossa, ubi dominus, vel patronus conscius litis pendens cum servo, vel liberto, tacuit, quoniam illi sententia nocebit, de quo infra, numero 49. & 50.

Vers. Tertiò colligitur.

Hujus distinctionis nullus ex iis, quos præmanibus habui, meminit sed promiscue de libertate. ac ingenuitate differunt.

Vers. Primum etenim illud.

De hujusmodi actionibus præjudicibus agunt Pichard. Oynotomus, & alii Interpretes in §. Præjudiciale. Inst. de actionibus: quare præjudiciale appellentur, late examinat Revard. de prædic. lib. 1. cap. 12. de forma libelli. D. de Faria Covar. Enucle.

M. 2. part.

part.